

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Adulacio am
cum uariis

Eliminat a palaciis adulacio ueritatem. Illi soli in magnatum gratiam admittuntur qui palpant blandiciis et aures fame bibulas calice Babilonis inebriant. Bene cum magnatibus ageretur, si scirent inter adulationem laudemque distinguere, sed ceca laudis ambicio plus credens alii de se ipso quam sibi, utrumque recipit indistincte. Ampliant eos beneficiis quos torquere debuerant, et a presumptione adulandi suppliciis deterrere. Mordacissimus detractor in absentia nichil presencialiter proponit nisi quod placere existimat. Verba oris eius iniquitas et dolus. Cum enim sal correctionis in omni sacrificio acceptetur, a Domino mel in omni sacrificio reprobatur.

Petrus Rauennas in quadam epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Adulacio am] Adulatio ai P V¹ V² L¹, Adulatio al L²; magnatum] magistratum V¹ V² L¹, magistratum L²; magnatibus] magistratibus V¹ V² L¹ L²; scirent] sirent V¹; laudemque] laudem quam P V¹ V², et laudem L¹ L²; beneficiis] blandiciis (*cor. intra*) B; debuerant] debuerunt P V¹ V² L¹ L²; presencialiter] principaliter P V¹ V² L¹ L²; placere] placere C; Rauennas *om.* B C; quadam] et *add.* C